



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

LXXXII. Markgraf Ludwig der Römer vereignet den Gebrüdern Tolner eine  
Hebung aus Böddenstedt und Bockhorn, am 4. März 1354.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56044)

sterio Sancti spiritus Canonorum Regularium prope Soltwedele ad sustentacionem dominorum seu fratrum inibi deo seruiencium et pro suis animabus suorumque progenitorum animarum remedio libere et racionabiliter perpetuo possidendum. Quorum donacionem ex eo, quod elemosine et prebende dictis dominis per quondam cristifideles assignate nimium sunt per insultus impiorum extenuate, tamquam piam et racionabilem a nobis approbatam auctoritate, qua fungimur, presentis scripti Serie confirmamus, et decernendo instituiamus, quod cedente uel decedente domino Clemente, nunc rectore Altaris prelibati, ad prefatum Monasterium dictum Altare cum omnibus Juribus, prouentibus et suis seruitutibus, quoad temporalia et spiritualia, quoad institucionem et destitucionem, saluo Jure prepositi in soltwedele in perpetuum debeat pertinere, liceatque eis, sepedictum altare situm in eorum ecclesia sancte katherine noue Ciuitatis Soltwedel officiare seu regere per vnam personam de suo Monasterio, prout eis visum fuerit expedire. Nulli ergo hominum liceat supradictorum donacionem et principum Otthonis et Otthonis, Marchionum Brandenburgensium ratihabicionem ac nostram confirmacionem infringere — — — In euidentiam omnium predictorum Sigilli nostri appensione presentem litteram fecimus communiri. Datum Rodenborch, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC quinquagesimo tercio, feria tertia proxima post festum vndeicmilium virginum.

Aus dem Copiarium des heil. Geiſt-Klosters zu Salzwedel fol. 36.

LXXXII. Markgraf Ludwig der Römer vereignet den Gebrüdern Tolner eine Hebung aus Boddensfede und Bockhorn, am 4. März 1354.

Transsumt des Kalands zu Salzwedel vom 30. Januar 1386.

Nouerint hii, quorum interest —, Quod Bernardus duuel, decanus, fredericus de langhebek, Camerarius, ac vniuersi et singuli fratres kalendarum in Soltwedel presentibus scriptis vnanimiter recognoscimus —, quod littera Illustri (sic) principis Domini ludouici Romani, Marchionis Brandenburgensis, pie memorie Super appropriacione bonorum in Boddensfede et buchorninghe ad fideles manus omnium, quorum interest, in cista fratrum predictorum sistit deposita. Cujus tenor de verbo ad verbum sequitur in hec verba.

Nouerint vniuersi tenorem presencium inspecturi, Quod nos ludowicus Romanus — intuitu remuneracionis diuine pro salute anime — nec non ad instantem supplicacionem fidelis nostri dilecti Gunczelini de Bertensfleue, filii quondam Bussonis de bertensfleue militis bone memorie, dedimus et presentibus donamus discretis viris hinrico et hermanno clericis fratribus dictis tolner proprietatem reddituum annuorum vnus marce argenti Brand. sitorum in villa Boddensfede, qui pertinebant ad dominum Gunczelinum, et vnum ortum situm in villa Bochorninghe ante Ciuitatem nostram Soltwedel iusto proprietatis titulo a nobis habendum, tenendum omni iure, modo et forma, fructu, commodo et honore, quibus Idem de Bertensfleue ipsos a nobis habuit et tenuit, ac perpetuo pacifice possidendum. Et quibuscunque personis uel locis pijs



aut religiosi uel prophanis predicti tolner dimiserint aut relinquerint (sic) titulo proprietatis redditus ac ortum supra dictum, id ratum habere perpetuo volumus atque gratum, renunciantes eciam omni Jure, quo ad proprietatem predictam dictorum reddituum et ortus, quod nobis et nostris heredibus competere poterit in eisdem. In cujus rei testimonium — sigilli nostri mandauimus appensione muniri. Datum et actum kiricz, Anno dni. MCCCL quarto, feria tertia post dominicam Inuocauit, presentibus frederico de lochen, petro de Bredow, Buffone de aluenfleue, Johanne scenken de vlechtinghe, militibus, Allardo ror, Henrico de Sculenburg et alijs quam pluribus fide dignis.

In euident testimonium omnium premissorum Sigillum fraternitatis kalendarum — est appensum. Datum Anno dni. MCCCLXXX Sexto, Sexta feria proxima post festum conuersionis sancti pauli apostoli.

Nach dem Orig. des Altm. Vereins vom Pastor Bartsch mitgetheilt.

LXXXIII. Verkauf verschiedener Grundstücke in Berwer an das Kloster zum heil. Geist zu Salzwedel, vom 16. August 1354.

Nos Arnoldus klezceke et Alheydis Relicta kranes, quondam Relicta Heynonis boden, Ciuis veteris ciuitatis Soltwedele, nostrique veri heredes Omnibus hoc scriptum cernentibus uel audientibus cupimus fore notum, Quod bono animo cum consensu nostrorum heredum vendidimus iusto vendicionis tytulo Religiosis uiris uidelicet preposito, priori et Conuentui Monasterii Sancti spiritus prope muros Soltwedel duos agros dictos vulgariter kempe fitos in simul apud Molendinum perwere cum pascuis, pratis et alijs pertinentiis pro XVIII marcis Stendaligenis argenti nobis plene persolutis, quorum agrorum vnus campus, quem ego Arnoldus vendidi, fuit quondam domini Tyderici de kopern, Rectoris perpetui Capelle Sancti Georgii soluens adhuc sancto Georgio, III<sup>or</sup> solidos et vnum pullum, Alter vero Campus soluebat, quem ego Alheydis possedi, Dominis de spiritu sancto VII solidos ac heynoni vefzekens alias dicti (sic!) wittinges soluebat V solidos et vnum pullum, Quos quidem V solidos et pullum idem Heyno ipsis dominis vendidit et dimisit, sicut et nos supra dictos duos campos ipsis et monasterio eorum vendidimus perpetuis temporibus possidendos. Ceterum, si aliquando contingeret, quod Consules veteris ciuitatis nos aut nostros heredes artare et angariare vellent ad recipiendum dictos campos, extunc ego Arnoldus X marcas et ego Alheydis VIII marcas argenti uel nostri heredes dictis dominis simul et semel prompte reddere deberemus et recipere ipsos campos vacuos absque feminibus et dare ipsis dominis Ego Alheydis meique heredes III<sup>or</sup> solidos et pullum campis a predictis; preterea mei Arnoldi filia Habens virum uidelicet Tydekinum Arnfberghe renunctiauit parti sue totaliter viri cum consensu, quam in meo campo racione patrimonii videbatur habere. In testimonium vero omnium premissorum, ut perpetuo perseuerent, Sigilla mei Arnoldi et Heynonis